

## **Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Præsertim Augustini, Et Thomæ Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Generalibus Principiis Amoris Et Morum - Prolegomena septem,  
Librosque undecim complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput XVI. Peccata quæ consummantur in mente, & non in exteriori  
actione, quæque externum non respiciunt objectum, numero  
multiplicantur pro sola morali interruptione actuum internorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73187](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73187)

## Pars I. De peccatis in genere.

527

decem vicibus se vel alium (cum aliqua operis interruptione) impudicè tangens, decem peccata committat? idem queritur de eo, qui uno ira impetu, plures successivè eundem in una rixa percutit, vel uno linguæ confictu, in eadem occasione plura convicia, saltè ejusdem rationis, in alium concit, v. g. furrem vocando? Videtur enim quod sic, quia singuli illi tactus, &c. per se sunt peccatum, nec apparet cur potius omnes simul constituant unum moraliter peccatum, quam plures occisiones uno ira & voluntatis impetu, successivè factæ. Eodem igitur modo de illis ac de ipsis videtur philosophandum.

<sup>132</sup> Respondeo nihilominus cum Navarro, Vafquez, Hurtado, Sylvio, Dicastillo & aliis communiter, quod ita sint peccata moraliter distincta à copula, &c. ut inter se constituant unum moraliter peccatum, quia ex communni usu, sensuque hominum consentur una moraliter actio, una percussio, una locutio, non obstante physicæ distinctione, & aliqui physicæ interruptione: quemadmodum consentur una moraliter cometio ejus, qui plura successivè fercula comedit. Nec eadem est ratio ejusmodi actionum, ac plurimum occisionum, &c. quandoquidem conffert plures actus, percussionses, &c. esse aptas natas facere moraliter unum cum uno tertio actu externo, utique cum suo termino, non sic plures occisiones, &c. Cujus ratio est, quia occisio, fornicatio, &c. sunt actiones totales in seipso completae, atque ex natura sua sic habentes definitum terminum, in quo perficiuntur & consummantur, ut ex natura sua non sint unibiles in uno tertio, in quo ulterius perficiantur & consummuntur, adeoque non sint unibiles inter se. At vero tactus, percussiones, &c. non sunt actiones ex se totales, neque ex natura sua sic habentes in seipso terminum definitum & consummatum, quin ex natura sua sint unibiles in uno tertio, in quo perficiantur & consummuntur, adeoque quin ex natura sua sint unibiles inter se, prout commestiones ferculorum. Quæ disparitas cum approbetur communii sapientum astimatione, nec quidquam convincens afferatur in contrarium, ea Theologus Moralis contentus esse debet.

### C A P U T XVI.

Peccata que consummantur in membre, & non in exteriori actione, queaque exterrnum non respiciunt objectum, numero multiplicantur pro sola morali interruptione actuum internorum.

<sup>133</sup> Probatur, tum ex doctrina S. Thomæ in 2. dist. 42. q. 1. a. 10. dicentis: Secundum unitatem voluntatis sumendum est iudicium de unitate ejus quod in genere moris dicitur. Tum ex eo quod deficiente morali multiplicatione penes objecta, vel actiones totales, non superfit fundamentum morali mul-

tiplicationis, nisi penes ipsos actus internos. Actus vero interni per hoc solum quod sa- piens ininterrupte repeatantur, non censentur moraliter multiplicari, sed physicè dumtaxat. Solum ergo censentur moraliter multiplicari, quando moraliter interrumpuntur, ac deinde resumuntur. Unde S. Thomas loco citato, dicit, quod voluntas interior & actus exter- ior, sunt unum numero peccatum, quando actus exterior moraliter conjungitur interiori. Si autem moraliter interrupte sequatur, re- quiritur voluntas moraliter nova, & ideo tunc est moraliter novum distinctumque peccatum: Cum queritur iurum voluntas, & actus exter- ior sint diversa peccata; aut intelligatur de vo- luntate conjuncta actui exteriori, aut de volun- tate precedente. Si de conjuncta, sic oportet quod unum peccatum sit voluntas interior, & actus exterior, quia voluntatis non multiplicatur actus. Si autem de voluntate separata, sic est alia peccatum. Quia actus voluntatis multiplicatur: quod enim actum explet exteriorem, etiam actum voluntatis iterat; & ideo oportet quod sint duo peccata; non propter diversitatem actus interio- ris & exterioris, sed propter diversitatem duo- rum actuum interiorum.

Ne quis vero ex his verbis S. Doctoris in- ferat, à sola numerica voluntatis unitate su- mendam universim unitatem numericam pec- cati, legat ipsum 1. 2. quæst. 73. a. 7. in cor- pore. Ibi namque peccata numero multiplicat penes circumstantias extrinsecas actui voluntatis numero diversas: nam (inquit) circum- stantia aggravat peccatum, quia multiplicat ra- tionem peccati, sicut si prodigis det quando non debet, & cui non debet, multiplicius peccat eo- dem genere peccati, quam si solum det cui non debet.

Dixi, quando actus interni moraliter inter- rumpuntur: quia licet ad physicam distinc- tionem & multiplicationem, physica qualibet in- terrupcio sufficiat; tamen in ordine ad con- fessionem, sicut non attenduntur actus secun- dum physicam suam entitatem, sed secundum suam moralitatem; ita non attenditur distinc- tio & multiplicatio, nec consequenter inter- ruptio physica, sed moralis. Non raro vero contingit actu interrumpi physicè, quin moraliter interrumpatur, eò quod morali & prudenti hominum judicio censeatur tantum una actio. Sic enim dicitur una elemosynæ largitio, per amici salutationem tantisper in- terrupta; una Missa, inter cujus partes inter- ponitur concio; una comedio seu prandium, licet quis, ad januam vocatus, ex mensa sur- gat, nec post breve tempus rediens censer- bis comedere, prout in materia jejunii docen- communiter Theologi.

### C A P U T XVII.

Declarantur tres modi moralis illius  
interrupcionis.

<sup>134</sup> Porro moralis interruptio actuum, tribus praesertim modis fieri potest. 1°. per con-

Vvv 3